



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& aliam apud Vngaros. 270

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

cubitura, quàm eniteretur. Eam
ob rem, accurrit maritus, Patrēq;
de Societate vnum consulit. Is
memor, quę passim IGNATII me-
rita ferrētur, ponit genua; eumq;
orat supplex, ne faminam in ca-
pitis discrimine desertam vellet.
Non erant in manibus alię de eo
reliquię; quare nouam inuit me-
dendi rationem; & legem earum
volumen, quas IGNATIVS tulerat,
cum quanto maximo potest sen-
su; chartis amicit: hominiq;, tra-
dit, quo vxorem religiosę con-
tingeret; deq; successu bene spe-
raret. Obtemperauit ille monen-
ti. Sed mulier viribus restituta,
quinta post hora, puerum edidit
vium; &, quod mirata est cum
ceteris obstetrix, iam in figuram
coeuntis ouiplicatum.

270 Etiam apud Hungaros IG-
NATII patrociniū increbuit.
Anno quippe CIO. IO. XCIV. apud
Turo-

Turosios (loci id nomen est) matronam per triduum exercuere grauiissimi dolores, quos in partu nequicquam tolerabat. Nec periculum aberat; ne moritura traheret infantem, & agnato tumulo sepeliret. In eo matris proliſque discrimine, ad Lipsana IGNATII decurritur. Quibus vix etiamdum illatis, filium salua mater enititur: duplicique beneficio ad gratiam soluendam p o-uocatur.

271 Verum his nihilo minora fuerunt, quæ in vltimis Indijs facta memorantur Bartholomæus Lupus, prouinciæ Nouæ-Granatæ Archiepiſcopus, soluerat ex infula Cuba; de portu, cui à SS. Triade nomen indidere. Ducebat ſecum è noſtris duos; Alphoſum Medianum, & Franciſcum Fogueronum; ad quos, eſi non maximum erat nauigium,
alij